

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[15-16\] : De Neptuno](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [15-16] : De Neptuno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[15-16\] : De Neptuno](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 08 : De Neptuno](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[15-16\] : Neptun](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[15-16\] : Neptun](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1035](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Neptune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

De Neptuno Physicè.

Neptunus Iouis frater elementum aquæ creditus est. At aliquando tamen vis diuina per aquam diffusa, quæ totam molem à corruptione præseruat: quam animam mundi nonnulli vocarunt. Sic enim non modo mutuum elementorum inter se mutationem, & ex his generationem animalium significabant, sed etiam omnia diuina prouidentia gubernari, & Deum ipsum esse rerum omnium semper & ubiq; artificem. Hæc vis diuina in æthere Iupiter, in aqua Neptunus, in aere Iuno dicitur. Huius Dei educatio facillimum esse ad motus aquarum elementum indicat, ac maris perturbationem, quod etiam testatur id victimarum genus.

At nunc Ethicè.

Enimvero cum omnia fiant diuina prouidentia, nos admonuerunt antiqui per preces Thesei, quibus mortem Hippolyti à Neptuno impetravit, nihil proprium à Dijs esse optandum, sed quæ conferant tantum: cum multi sibi calamitosa sæpius postulauerint. Cum pulsus sit de cælo, & Laomedonti seruire coactus sit, fortunæ inconstantiam proponebant ante oculos, cum nullus sit tam sublimis ac felix status viri improbi, qui nõ possit facile labefactari. Postea multas calamitates Neptunus Laomedonti immisit ob neglectam religionem, quare significatur Dei cultum sine maximis calamitatibus non posse prætermitti. Quis enim omnium bonorum autorem Deum, omniumq; parentem neglexerit, ac non merito in omnes calamitates prolabetur? qui verò probè sancteq; vixerit, & Deum piè coluerit, hic vnus placatû Deum in omne tempus habere poterit. Hæc fuerunt legitimæ harum fabularum sententiæ.

De Plutone.

Pluto patre Saturno, Iouis, Neptuniq; & Iunonis frater, & ipse natus est, post cælum nimirum ab ipso mundi opifice Deo vnâ cum cæteris elementis creatus. Hic terra esse creditur, & omniû diuitiarum Deus, cuius pax alumna, quod omnium vbertas è terra proueniat, quam pax alit. Hic idcirco mortuorum est Deus, quod omnia quæ moriuntur in sua principia soluantur, atque in terram manifestius. Sic ostendebantur in ea solui vnumquodq; corpus, quibus à natura compositum fuit. Quod autem Pluto terra sit, declarat Proserpinæ fabula: quam rapuit illa de causa Pluto sub terram, quia radices